



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

8. Spis Hic Hostem &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

Lazius lib. 12. c. 6. in *Mallum* postea, incertum, quo tempore, commutatum, vel quod *Teut*, sive *Tuifconis signum* Germanis *mal*, ibidem esset, Pideria. p. 1. & 2. chron. Lipp. auctentius iudicij locus. *Mallus* enim & *mallum* iudicium seu placitum, in quo majora negotia à Comite finiebantur, Franci multisque alijs gentibus significavit. Hinc *mallare* in iudicium vocare, *Mallobergium* plebs, quæ ad unum placitum convenire solet. Hier. Bignolus. in notis ad veteres formulas Marcolf. Lindenbroch. in glossario. Goldastus in notis ad part. 1. tom. 1. veterum Germ. script. Plenæ exemplis Salica, Alemannorum, Longobardorum & Ripuariorum leges, Capitula, & Capitulationes Caroli M. Ludovici Pij. Cap. quæ facta Suetl. A. 853. *Comes convenientem locum consideret, & inveniet, ubi stationem ad mallum tenendum constituat.* Talem verò locum seu stationem *Thietmali* fuisse, præter nomen, diploma S. Henrici regis confirmat, qui An. 1011. regni sui 9. *Ecclesie Paderbornensi à Carolo M. constructæ, interventu Meinverci Episcopi, donavit comitatum, quem Hahold Comes, dum vixit, tenuit, situm scilicet in locis Haverga, Linga, Thietmali, &c.* Hodie Dethmoldia vocatur, primum Comitum Lippiensium domicilium, qui Episcoporum & Principum Paderbornensium beneficio, seu feudi nomine hunc, aliisque loca obtinent.

8. SÆPIVS HIC HOSTEM &c. Sexta Caroli M. in Saxoniam expeditione, Dethmoldiensis victoria contigit. Anno 786. quatuordecim ejus prælia numerabantur: Tab. 1. 4. orig. Saxon. nec tamen belli adhuc finis; quo plures tam ex nobilitate Francorum, quam Saxonum, & functi summis honoribus viri, consumpti sunt; tandemque anno tricesimo tertio finitum est. Eginh. in vita. Carol. M.

9. CON-